

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula III. Omne, quod est, quando est, necesse est esse: omne, quod non est, quando non est, necesse est non esse, Aristoteles

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

aut mente concipi potest, porrigatur. Quicquid enim mente concipi potest, ut *Chimera*, *Hippocentaurus*, *mons aureus*, *συνερόζυλον*, illud est, et non est, est homo, vel non est homo; neque de eod. dici potest, quod simul sit & non sit, simul sit homo & non sit homo.

## REGULA III.

*Omne, quod est, quando est, necesse est esse: & omne, quod non est, quando non est, necesse est non esse, Aristoteles*

*ωε̄. equ. c. IX.*

I. Dicis: Si omne, quod est, necesse est esse, & quod non est, necesse est non esse, sequitur, in rebus non dari contingentiam, sive nihil esse vel non esse contingentem.

II. Resp. Necessitas est duplex: absoluta, & immutabilitatis ex suppositione. Necessitas absoluta, secundum Gabrielem III. dist. XVI q. I. est, cujus oppositum includit contradictionem. Absolutam necessitatem, inquit Pererius *Lib. IX. de communibus rerum naturalium principis & affectionibus cap. XIII.* voco eam, quæ simpliciter convenit ex naturâ suâ & secundum omnes temporis differentias, ut, hominem esse animal, absolute necessarium est, quia oppositum ejus, nempe hominem non esse animal, implicat contradictionem. Esse animal enim est ipsa natura hominis, & nullâ temporis differentia potest ipsi non conveni-

venire, tione d ter, si e quâ hy gr. Pe positô gredi.

III. imutabil tingen esse, cu fe ebrri esse, a positô test e esse, a iam e est. Al positô Sic co tamer necess

IV. posse est: o mnen negat Non & om

venire. Necessitas immutabilitatis ex suppositione dicitur, cū aliquid convenit rei contingenter, si ejus natura in se spectetur, factā tamen aliquā hypothesi, non potest ipsi non convenire. V. gr. Petrum progredi, simpliciter est contingens, positō tamen, quōd currat, necesse est ipsum progredi.

III. Jam dico, Regulam loqui de necessitate, immutabilitatis ex suppositione, quæ stat cum contingentiā: contingens est Petrum esse, aut ebrium esse, cū oppositum, ipsum non esse, aut non esse ebrium, non implicet contradictionem, neque esse, aut ebrium esse, ipsi ex naturā suā competat: positō tamen, ipsum esse, aut ebrium esse, non potest eō ipsō tempore, quō est, aut ebrius est, non esse, aut non ebrius esse, sed necessario est, aut etiam ebrius est. Idem dicendum de eō, quod non est. Aliquid, quod non est, contingens est non esse: positō tamen, quod sit, necesse est ipsum non esse. Sic contingens est, Petrum nō esse ebrium, positō tamen, quōd hōc vel illō tempore non sit ebrius, necesse est ipsum tunc non esse ebrium.

IV. Ad Argumentum respondeo: Antecedens posse bifariam intelligi: I. in sensu diviso, qui hic est: *omnem rem, quæ non est, necesse est esse; & omnem rem, quæ non est, necesse est non esse.* Et sic negatur antecedens, neque id dicit nostra Regula. Non enim ita sonat: *omne quod est, necesse est esse; & omne quod non est, necesse est non esse; sed ita:*

Y 5      omne

omne quod est, quando est, necesse est esse; & omne quod non est, quando non est, necesse est non esse. Item ferè verbis pro explicatione utitur Aristoteles, quando licet ait: Ergo quod est, necesse est esse, quando est; & quod non est, necesse est non esse, quando non est. Verùm nec necesse est esse, quicquid est, nec necesse est non esse, quicquid non est. Quoniam quicquid est, ex necessitate esse, quando est, non idem valet, quod simpliciter ex necessitate esse. Idem dicendum est de eò, quod non est. Hæc Aristoteles.

II. In sensu compositò, qui hic est: omne quod est, quatenus est, vel posito quod sit, necesse est esse. Et, omne quod non est, quatenus non est, vel posito quod non sit, necesse est non esse. Et sic antecedens verum est, sed negatur consequentia, quia illa necessitas non est absoluta, sed hypothetica sive ex suppositione, quæ contingentiam non excludit.

## REGULA IV.

*Non entis nulla sunt predicata.*

I. Præmittimus duo: I. per non ens intelligi id, quod non est vel existit, sive ut loqui amamus, quod non datur, quemadmodum voce *Ens* id nobis venit, quod existit, vel actu est in rerù naturâ. Ita lupus est ens; quod si, uti in Angliâ genus luporum prorsus est abolitum, ita nec in reliquis omnibus orbis terrarum partibus ullus reperiretur, lupus esset non ens. Sic dies extremus jam est non ens, futurum autem aliquando est, ut sit ens.

II.

II.  
catum  
ra. De  
si dixer  
multa  
lapis.  
per pra  
Parte C  
Regula  
nihil v  
quid d

III.  
ceret t  
vera:  
Essent  
quò te  
est dic

IV.  
essenti  
denta  
esse pr  
est hor  
tioner  
tioner  
tar, q  
petua  
gaud  
bus p  
ea, qu